Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uia eius filius hominum.

Quia contriuit portas ereas et uectes ferreos confregit.

Suscepit eos de uia iniquitatis eorum. Propter in-
iustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum. et
adpropinquauerunt usq. ad portas mortis.

Et clamauerunt ad dnm cum tribularentur et
de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit uerbum suum et sanauit eos. et eripuit eos
de interitionibus eorum.

Confitentur dno misericordie eius. et mira-
bilia eius filius hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis et annuntient
opera eius in exultatione.

Qui descendunt mare in nauibus facientes ope-
rationem in aquis multis.

Ipsi uiderunt opa dni. et mirabilia eius in profundo.

Dixit et stetit spiritus procellae et exaltati sunt fluctus eius.